



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres Societatis Jesu

Oliverius, Horatius

Pragae, 1711

XXVI. R. P. N. Vincentii Carafæ Præpos: Gen: VII. ad PP. & FF. Societ: De
mediis conservandi primævum Societatis Spiritum

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55386](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55386)

Præpositorum Generalium
Societatis JESU

XXVI.

R. P. N.

VINCENTII
CARAFÆ

Præpositi Generalis VII.

Unica,

Patribus, ac Fratribus Socie-
tatis JESU.

*De Mediis conservandi primæ-
rum Societatis Spiritum.*

Postquam visum est divinæ bonitati,
præter spem omnem, ac meritum,
imbecillitati meæ tam ingens onus
imponere, quanta est cura Societatis uni-
versæ, altè mihi video in arcanum judicio-
rum Dei descendendum, & investigandum,
cur ei placuerit præferri multis, quem o-
mnibus titulis postponi omnibus oportebat.
Cujus consilii nulla fat mihi ratio arridet,
nisi

- Rom. 9. nisi tantummodo hæc una, ut nempe
 23. *dat divitias potentie suæ* vocantis quæ
 Rom. 4. *sunt, tamquam ea que sunt, & summo*
 17. *juxta, infimorumque dispares operas æquæ*
 Apoc. 19. *exitu manûque adhibentis. Laudem dant*
 5. *Deo nostro omnes servi ejus, pusilli & magis*
 quem nec meritorum arctat inopia, nec
 Pfal. 138. *nec aliena adminicula suspensum; sed*
 11. *tenebra ejus, ita & lumen ejus, ego vocabor*
 Isai. 49. *inquit, & stabunt. Stabit in gradu fortis*
 13. *imbecillus, egeni opibus affluent, obscuro*
nobilitatis splendor inopinatus decorabitur.

Rationis hujus certissimâ luce perfusus
 animus, etsi alioqui per sese angustior, eruditio
 pat necesse, ac timiditatis propriæ limitibus
 prætergressus præpotentis Dei magnificentie
 se totum mancipet, tantò se in Deo majestatem
 jorem agnoscens, quantò sibi ipse despicibilior
 apparet; hinc ergo & ipse saluberrimâ edoctus
 disciplinâ, & infirmitatis prætermissæ
 Greg. *priae oblitus, introibo in potentias Domini*
illius misericordia confusus, qui non respiciunt
sperantes in se. Et hac primâ ad Societatis
 epistolâ, ut incipiam officiorum partem
 solvere, quæ facillè video multa mihi
 gnâque incumbere, loquar cum Apostolo
quinque verba in sensu meo, perstrictis sum-
 matim capitibus, quæ postrema Congregatio
 tio Generalis perficiendæ Societati nostræ
 magis

magnis animis intenta cordi sibi esse indica-
vit, & quæ vehementissimè cupio efficaci-
bus remedijs ad primigenium illius spiri-
tum, florémque revocari: hunc verò spiri-
tum & vigorem ab unoquoque conservari
non modò suis integrum partibus, & viva-
cem, sed ita illibatum, ut instituto nostro
congenitus sanctæ coràm Deo, atque homi-
nibus innocentia nostræ candor nullo fina-
tur vel incommodi metu, vel commodi stu-
dio fuscari.

Ut autem ex iis initium ducam, ex qui-
bus Sanctus Bonaventura censet religiosi
Ordinis incolumitatem, & in destinatum vo-
cationi suæ finem auctus veros, progressus-
que pendere (loquitur autem de iis Ordini-
bus, qui perfectionis alienæ curas cum pro-
pria studio miscuerunt) tribus maximè
præfidijs statuit hujus operæ summam con-
tineri. *Primum vitâ irreprehensibili. Dein-
de scientiâ sacrâ. Tertio authoritate Predi-
candi, & Confessiones audiendi, quæ ope cæ-
lestis gratiæ, mirificè cupio in Societate no-
stra singula instaurari, ut sit ejus vivendi ra-
tio nullius obnoxia reprehensionis, sacra ve-
rò doctrinæ, concionum, & confessionū mi-
nisteria sacro ardore constanter incitentur.*

Atque ut seorsum libemus singula; ad
primum quod attinet, duplex vitæ modus

*Ex tribus
pendet in-
columitas,
& pro-
gressus Re-
ligiosi Or-
dinis.*

*Primum
vitæ sit*

irrepre-
hensibilis
in interiori,
& exteriori ho-
mine.

Interior
tantò sit
sublimior,
quantò fi-
nem spe-
ctat subli-
miorem.

Psal. 30.
21.

Specie ho-
mo, gratiã
sit Ange-
lus.

Auth. im-
perf.

Lib. 13. n.
18.

occurrit in Societate, exterior unus ad divi-
communior, alter interior magisque singulis g
laris, sed suis uterque ita numeris absolvet ad h
dus, ut culpari possint à nemine. Ac pstra
mum hæc vita, quam debent Societatis bus a

mines vivere, quantò finem spectat tend
humana altiùs elevatum, tantò se in Deo sanc
attollat necesse est, ne, humanum in more fuet
fluxarum rerum trahantur illecebris, sed hanc
quam homines *surgentes ex mortuis*, ut loq
dit r

tur Apostolus, extra mundum, & carnem cent
fiti mentis oculum in Dei interna contant
defigant, ubi excellentiæ Dei perfectæ que e
nùmq; immerfi oceano felix *in abscondite mtu*
cici ejus à conturbatione hominum ævum ag paul
cent

Scitè dictum à quodam de Baptista, cenc
annes specie homo, gratiã Angelus, hoc
hominibus nihil præter hominem præstus
rens, mentis arbitro, & inspectori quæ
totus homine major & celsior. Bal aliq
itè cognomento Magnus, figurâ tantu retti
homo erat, ac præter illam nihil humanu à no
nihil debile sapiens divinam quandam priù
bat interiùs ac vivebat vitam; & hanc næ
beatus Parens noster IGNATIUS, ad que
contenderemus, palmam proposuit; & h
frequens erat, ait Historicus, Ignatii præ orar
ptum Angelos in rebus agendis imitandos, nim
que ut ii solent ad recreandam, quã æstus cati

divinorum sitim res creatas, quasi Divinitatis guttas, ex perenni fonte immortalitatis adhibere, sic oportere à nobis fieri: hæc nostra hæreditas, hoc patrimonium à majoribus acceptum, & fideliter posteris transmittendum, patrimonium cæleste, hæreditas sanctæ cum beatis, ipsoque cum Deo consuetudinis, & arctissimæ familiaritatis: ob hanc jure nostris instituti scopus hanc indidit nomenclationem, ut *caelestes homines vocentur, qui ad caelestem patriam & ipsi contendant, & alios quacumque possunt ope, studioque compellant maximam Dei gloriam semper obtinentes*: quo verò id pacto exigendum est, paulò distinctiùs, & nostris ex regulis du-

Polanc.
hist. tom.
2. Lib. 2.
n. 5.

Ex iis enim noster Dei præsentis adspiculus interior à meditatione incipit matutina, quæ Deo solida debetur, ut si quo fors casu aliquid illi decesserit, quàm primùm integre restituendum sit, neque committendum, ut a nobis nocturnæ quietis tributum natura priùs ferat, quàm Deus precationis matutinae, repetitâ illâ identidem Tertulliani voce, *horrendum est diem sinè Oratione transire*, & hîc illos velim obiter monere, quos benelandi habet difficultas nimis sollicitos, minimè verò id est difficile, si comes adsit precationi amor, quo velut ardenti faculâ in

Interior-
rem homi-
nem ju-
vat matu-
tina Me-
ditatio.

M m Deum

Deum animus rapitur; nec fore iis opus
sum hanc flammam succendere, qui B. L.
rentium Justinianum audierint breviter be

De tri- centem: cum oras, diligenter attende que
umph. cui, nec alterum divides ab altero. Fel
Christic. planè nos, si ad veri solis non ancipites
7. dios harum modò vim syllabarum possit Reg

cernere, quis & cui, quàm citò nobis expi quer
tissima evadat amandi simul ratio, & orat quer

Crebrae Porro hanc meditationem diei auspici pabu
per diem sequantur necesse est crebrae ad Deum senti
Adspira- spirationes, quibus tota interpurgatur tione
tiones; Quis enim exul procúlque à patria par

ex animo non vocet, non suspiret, non cum

S. Bonav. clamet cum S. Bonaventura, quando te nimi
mine diligam? quando te perstringam? Dei
do ad te perveniam? quibus sanè mens retu

mandum Deum validiùs inflammatur, ut or
incomprehensæ Trinitatis adorabili secreti em v

magnis cogitationibus pertentato: & certò: hanc

hæc precum jacula, quæ sursum torquentur Sanct
Augustini pectus, cum diceret: & tu Domine

Confess. ne usquequo, usquequo Domine procul abe prox
lib. 9. c. arcebis profugum? quamdiu mortis in prox
12. corpore teneor, affectionum improbatum cum

vinculis compeditus? Sanctus Franciscus nec
Xaverius usu longo ad Deum suspirandi mem
am dormiens nocte intempestâ rumpendis v

bas ad illum voces: ô bone JESU, JESU semp

creator mi; Deus cordis mei, & vita anime
mea! quibus orationum brevium veluti fla-
bellis, charitatis ignem assiduè ventilamus,
nè languens denique præfocetur.

Tertiam nobis præsentem Deum reti-
nendi artem, ac methodum commendant
Regulæ, cùm jubent nos illum *in omnibus*
querere, quasi dicerent, *aspice quæ vides, &*
quare quæ non vides. Facultates omnes suo
pabulo gaudeant, corporis visus creato, &
sensibili; animi visus increato, & ab concre-
tione terrena libero. Cujus rarum exem-
plar S. Farens noster de se nobis relinquit,
cùm cæli non tantùm ac stellarum, sed mi-
nimi floris, aut plantæ humilis adspectu *in*
Dei cognitionem, & amorem confestim rape-
retur, idèmq; ab nostris maximè optavit,
ut omnium occupationum externam speci-
bili *secundum* vitali spiritu meditationis reipsâ perpe-
to: & *in* animarent, ac suis moribus Doctoris
Sanctissimi Nazianzeni dictum exprime-
rent: *Religiosus totus sit in Deo, & totus in*
proximo; totus in Deo, quia conversatur cum
proximo propter Deum; totus in proximo, quia
cum orat Deum, commendat proximum Deo:
nec est perfecti Religiosi evidentius argu-
mentum, quàm *si omnis ejus operatio, & cor-*
dis volutatio, viva & jugis fiat oratio, &
semper habeat spiritum in Deum elevatum,

*In omni-
bus quæ-
rendus
DEUS;
August.*

*Callian.
Climac.*

548 Ep. XXVI. R. P. N. VINC: CAR: De
oret in omni loco, in omni tempore, & in
negotio.

Recta in
omnibus
intentio.

Quarta demum Divinæ in omnibus
sententiæ colendæ ratio, nostris item Reg
præscripta, rectæ mentis seu intentionis
suetudine firma constat; non solum circa
ra nostra statum, sed etiam circa res par
lares omnes, in eis sincerè spectantes ut ser
mus, & placeamus Divina bonitati prop
seipsam; etsi enim docet Theologiæ
lus Beatorum hanc esse non solum in
bus, sed seorsim in singulis consensu
voluntatis cum divina; sed hujus in part
beatitatis non minimam Religiosi etiam
niunt, cum ipsi, si minùs ex Dei, ac eor
saltè, qui Dei loco præsent, ex ver
nutibus, divinorum indicibus motuum
rè intelligant quicquid ab ipsis requirit
us, & nihil eos prætereat, quod ejus in
riam possint, & obsequium referre.

Exercitia
spiritua-
lia, quot-
annis per
octiduum
obeunda.

Ad hæc annuus ad exercitia per octiduum
um secessus, à septima Congregatione
bus imperatus, à proxima verò tam
confirmatus, ut statuerit non posse cuiquam
illius obligationem nisi à Provincialibus
mitti. Hic verò universi Patres, Fratres
que mei animo repetamus Societatis
principia his exercitiis inniti: fuère hi
drati lapides, quos sapientia divina per

vum suum I G N A T I U M Societati fundan-
 dæ subjecit , iisdemque præfidiis ejusdem
 conservationem , ac felices progressus spera-
 re nos voluit. Verùm enim verò nè tan-
 tum nobis & tam affluens bonum asseramus
 solis , nè invidemus aliis hunc thesaurum ,
 sed communicemus cum illis quoad poteri-
 mus. In quo majorem in modum cupio
 Superiores omnes probare se dignos paren-
 te I G N A T I O filios , & libenter atque hila-
 riter externos excipere , cùm ad recogno-
 scendas in exercitiis animæ rationes dierum
 aliquot receptum apud nos se velle significa-
 verint. Quia verò ad Societatis in spiritu

*Danda e-
 tiam ex-
 ternis.*

*Provin-
 ciales
 quotannis
 scribant ,
 qui , &
 quare ex-
 ercitia o-
 miserint.*

*Mortifi-
 catio ne-
 cessaria,*

*eâq; mul-
 tiplex :*

Carnis ,

Ad interiorem Societatis vitam , cujus
 præcipua capita cursim decerpimus , per-
 tinet quoque studium mortificandi sui , tam-
 quam orationis firmamentum , idque varium
 sanè & multiplex , diversisque regulis tradi-
 tum ; est enim carnis mortificatio , sensuum ,
 affectionum , facultatum. Prior , cùm sita
 fit in quodam medio rationis , seu prudenti
 mediocritate , non æqualiter omnibus in-

cumbit, sed unusquisque assumere poterit, sibi videbuntur cum approbatione Superiorum ad majorem sui spiritus profectum conveniunt, quâ regulâ intelligendum est afflictionibus externas præcipi velut subsidia, viâque perfectionem, ad quam ut jubemur ex impleti officio summam absolutamque contemderere (pro mensura tamen communicationis nobis divinæ gratiæ) ita planè utentibus quibusvis afflictionibus monemur, quæ parandam nobis perfectionem propolitionem necessariam censebuntur.

Sensuum. Secundum mortificationis genus
 19. Sum. bus assignat Regula, docetque nos
portas ab omni inordinatione custodire, &
vox ab omni scopum legis disertè explicat.
 nihil enim patitur in usu sensuum nisi co-
 positum, modestum, castigatum: non oc-
 jactum, non verbulum, non gressum, in-
 tumque minùs gravem minùsq; meditatio-
 Est verò multorum querela, (quæ utimur
 falsa sit) obsolevisse illam Societatis nobilitatem
 tantum olim laudatam modestiam, maxime
 verò in junioribus, dicimurque domo in p-
 blicum justò sæpius prodire, incedere p-
 vicos licentiùs, gressuque non adeò de-
 ti, curiosiùs, quantum quidem apparet,
 spicere, & oculos spargere; interdum etiam
 inconsideratè, exemploque non bono &

qui, & colloqui; estque planè mirum ex ty-
rocinio in Collegium missos tam repentè in
alios, at non in meliùs, mutari; ut toti mox
vultu, consuetudine, incessu discrepent à
seipsis, jamque ipsis tempus colligendi, do-
mandi, continendique sui fluxisse videatur:
momento exuunt illos ad unguem exquisi-
tos mores, & habitus, quos multo vix tem-
pore, ac labore in probationis Domo indue-
rant; volunt spoliari, non supervestiri, ut
sensu opposito ajebat Apostolus; putant
emendatam collecti oris, gestusque mode-
stiam Novitium sapere re, religiosam illam ex-
terioris hominis conformationem cuius in
Societate gradui communem penè priùs ab
se abdicant, quàm ullo in gradu constite-
rint, cum circumpositæ virtutis cultum or-
nare scientiâ debuissent. Curiositatem, &
immodestiam Sanctus Thomas ad otium re-
fert. Otiosus enim apud se animus foris, quod
agat, aucupatur, ac, dum principes suas vires
intus habet ab opere vacuas, exterioribus u-
titur, & mediastinis: magnum ergo ac po-
tens in sensus imperiù tenebit animus, quem
præsens Dei aspectus, & cogitatio con-
stanter occupabit. Mens enim probè consti-
tuta corpus eadem operâ componit; & præ-
sentiæ divinæ magisterio doctus agere mo-
deratè, nihil præceptis, nihil inconditum ho-
minum oculis objiciet. M m 4 Jam

Affectio-
num,

Reg. 14.

Jam domitis sensibus non erit arduum
fectiones pariter domare; *adhibitis* (ut
Regula) *earum contrarius*: nam ut exit
suo more a Kempis, *tantum proficies, quan-
tum tibi ipsi vim intuleris, & non amplius*
Hinc illud ad nostros beato Xaverio sole-
ne, perpetuumq; consilium: *Vince te ipsum*
cujus toties iterati causam denique rogatus
respondit (id ferè quod olim in alio argu-
mento Beatus Joannes) *quia hoc tantum
dici ex optimo parente nostro Ignatio.*
hoc autem viam censebat brevissimam
penitus introspiciendi, cognoscendique
ram, sui inquam nihili, suorumque detestati-
um. Quare nostros Goam per literas
alloquebatur: *vos ipsi vincite, summoque
dio elaborate, ut vos ipsos penitus agnosca-
tis: nam sui cognitio nutritrix est divina fides
& parens Christiana humilitatis.*

Intelli-
gentie, &
Volunta-
tis;
Reg. 31.

Superest mortificatio præcipuarum
mæ virium, intelligentiæ, ac voluntatis,
qua Leges nostræ ita præcipiunt: *concedite
resignationem, & veram abnegationem
proprie voluntatis, & judicii habere.* Hoc
rò est animæ sceptrum sub Monarcha Deo
uno ac summo Rege moderandum; huius
autem pax regni ex concordia triplici
obsequio coalescit; memoriæ scilicet et
intellectum, hujus verò erga voluntatem
&

& voluntatis in ipsum Deum ; est enim ut loquitur S. Theologus, *memoria propter intellectum, intellectus propter voluntatem, voluntas propter Deum*. Intelligentiæ tum recte memoria ancillatur, cum specierum, quarum est thesaurus, delectu habito, noxias extundit, & abjicit; utiles & castas tuetur, & detergit: ejus enim est *divinas species, & puras imagines servare*, atque ad præstandum obscuritatis expertem intellectum valde idoneas. Nec dissimile est erga voluntatem intelligendi officium, suggerendis nimirum voluntati veris, & honestis opportunisque bonis, cum ex S. Bernardo, is verè sit sapiens, *cui res sapiunt prout sunt*, non ut falso jactantur, & videntur. Quæ utinam falsitas in religiosas domos non frequenter subiret, & repræsentaret pro magnis vilia & parva: pro vilibus grandia, & excelsa: caligat hinc sensus, fatiscit ratio, fidei splendore opus est, quæ intelligentiæ præluceat, mentemque subvehat ad participandos veritatis æternæ radios. Quamobrem jure Parens noster S. IGNATIUS ad intelligentiæ nostræ instaurationem conformari eam cum divina jubet, cujus Præpositos habemus interpretes: quod ipsum tantopere commendat Apostolus, cum ait: *hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu*; hoc est,

est, vestro vos, quoad potest, privato iudicio abdicare; Christi de rebus iudicium vestri loco habere; cum Christo de illis, pretio illarum, sublimitate, aut nihilo contente; ô certam, & claram veri iudicii regulam! ô inviolabilem ferendæ de unaquaque re sententiæ canonem! quo, etsi oportet persuasiones omnium dirigi, sed præcipue vestras, quoad propiorem Imperatoris nostræ CHRISTI JESU imitationem ejusdem professio nominis auctorat. Atque his imbecillitatis disciplinis non invidemus suas mundanas dignitates, & evanidas glorias, non tangemur pulchritudine rerum caducarum, nec illis pretium nisi vile, aut nullum ponemus sempiterna dumtaxat mirabimur, suscipimus tantum cælestia: præter cælum, æternitatem, ac Deum, nihil fixum animo geremus. Tandem voluntatis mortificationem Regulæ statuunt in perfecta eorum, quæ privatim cupit, repudiatione, sui que abnegatione absolutissima: cum enim voluntas prædita sit duplici facultate, cupientem unâ, alterâ exequendi; priori rejectâ, secundam retineat necesse est, amputatâque propriis arbitrio proprio, Divinum exequatur. Tunc verò censerî perfecta poterit, quæ finem adepta, in quem à Deo condita est, hoc est, consensionem summam cum Deo

Mortificatio Voluntatis in quo fita?

voluntate, nihil aut volens, aut nolens, nisi quod Deo placet, aut displicet; seu potius nec volens, nec retugiens quicquam; sed ex Dei nutu aut renutu suspensa, huic solam ministrans executionem; hæc verò Sanctorum, hæc beatarum felicitas mentium, quia S. Bern. voluntas Dei, facta est voluntas eorum; quid enim beatius quam sub divino volito annihilari, & in Dei transire transformarique voluntatem? Tradit S. Thomas, & dubitat ne- r. p. q. 31. mo, in concursu multarum facultatum, nobiliorem dignitate, esse item agendo potiorrem: sic humanæ in Christo naturæ supereminet divina, sic in religiosis hominibus prærogativam semper ferat divina voluntas necesse est, huic attendatur, hæc observe- tur arrecto studio, & illuc toto pondere, quò inclinaverit, catur.

Et hæcenus quidem de interiori Societatis vita, quibus parùm profectò satisfiat, si asserventur solùm Regulis consignata, nisi ad rem opusque veniatur; tantum enim donum, quantum est hæc Dei præsentia, Societati cælitus inspiratum, decet non modò summo in pretio haberi, sed re ipsâ, & moribus diligentissimè à nobis, ac integerrimè conservari. Imitemur beatissimos Angelos mentis nostræ totius conformatione, omnemque ab illa opinionem, affectum, & de-

desiderium, quod terram & infima sapientia
 ablegemus; quisque se, jam inde ab die
 ortu, in meditatione matutina holocaustum
 Domino faciat, pergat idem sacrificium
 procedente die, brevibus orationum sed
 dentibus flammis incendere; Deum quaerere
 in rebus omnibus omnium scopum accipere
 fontem, ad illum omnia & singula referre
 illum spectet, in summam ipsius gloriam
 norémque collimet, & de quolibet nostrum

Cap. 45.

14.

*Modus
 exterior
 vivendi
 Societatis
 communis
 quidem;
 sed pau-
 perum,
 Reg. 4.*

Tob. 4.
 23.

*Re, & af-
 fectu.*

illud Isaiaë verè usurpetur *tantum in te*
us, & præter Deum nihil: in cogitationibus
 Deus, in desideriis, affectibus, consiliis ubi
 Deus: huc sui frangendi studium, & mor-
 ficatio corporis, sed multò magis pertu-
 bationum intimarum, totiùsque animæ con-
 vertatur. Nunc vocat nos propositi
 de externo Societatis vivendi genere ut
 camus, quod ex Regulæ mandato, *iussum*
causus commune est, & vitæ pauperum *sim-*
le, ac eorum qui habent *pietatem cum se-*
cientia. Pauperum est nostra vivendi ratio
 vitam pauperem profiteamur, pauperes spi-
 ritu, studio pauperes, & sanctæ paupertatis
 tamquam matris charissimæ, amatores. *Pa-*
perem vitam degimus, sed multa bona habemus
mus, si tenuerimus, quam debemus pauper-
 tati huic nostræ, fidem integram & sinceram.
 Paupertatem B. Bernardus, non solum

sola ponit bonorum fragilium spoliatio-
ne, sed in arcano illorum contemptu, &
dulci amore paupertatis. Hinc probè se-
cernunt viri sancti paupertatis vim ac natu-
ram ab ejusdem fine: illa se fluxis à rebus
abstinet, hic ab earum etiam amore, & de-
siderio. Sed ulteriùs pergamus, & in tam
gravi argumento certa quædam capita di-
stinguamus, quæ opto à cunctis accuratè in
posterum observari.

Primum est bonorum renuntiatio, quæ
nobis in sæculo obtingebant, in qua mihi vi-
dentur nonnulla peccari illudque imprimis
quòd ultra quàm debeat differtur: huic S.
IGNATIUS Parens noster tempus *ante in-*
gressum in Societatem assignavit; nunc rece-
pto more, quòd in quartum annum ab eo
tempore transferatur, haud quaquam no-
strâ, sed Societatis causâ fieri putandum est,
ut fiat interea de suorum virtute, & con-
stantia certior. Ceterùm primus est in via
Dei gressus, juvâtque mirificè ab ea quàm
primùm sese expedire; & nocet, plusquam
dici potest, eam in longum rejicere. Hoc
ergo Christus consilium præverti omnibus
volebat, *vade & vende*; pòst verò, *sequere*
me, hunc esse significans ad ineundam Chri-
sti familiam necessarium apparatus, censûs
omnis caduci abdicationem; nec possum

*In renun-
tiatione
bonorum
quomodo
peccetur?
Exa. c. 4.*

capere, quo pacto sæculum tenaci propo-
 to cum religiosa familia mutarit, qui sac-
 sarcinam, & impedimenta gestit nihilom-
 nus circumferre; multò minùs, qui post-
 jam Christo devinctus, & cælo consecrat-
 terræ libens affigi, & terrenis vinculis ge-
 dere. Miror verò, & quidem maximè, eg-
 re aliquos monitore, imò suafore ad extir-
 landum languorem, ut velint ea excutere,
 quin etiam monitos tergiversari, quoad-
 lent, multaque, & varia excusare; refellunt
 hæ voces religiosi propositi obligationem
 & eludunt scopum, atque consilia providen-
 tiæ divinæ, quæ ad hoc illos omnino re-
 caverat, ut, repudiato non fictè sæculo,
 bi unì servirent: at enim hæ moræ sancti-
 ris commodi gratiâ nectuntur; differtur
 nuntiatio, ut indè pauperum, ut Societas
 inopia pinguescat; ita nempe suam nonnu-
 lentam hanc defendunt pietatem: sed obli-
 Sanctorum communis sententia, præterit
 videlicet eleemosynæ paupertatem, & illi-
 tim Christi causâ pauperem fieri, quam opor-
 tuit sibi reservare, ut in pauperes Christi sententiam
 opportunius dividantur.

Alter in eodem negotio error, eorum est
 qui abjiciunt quidem sua, sed ex iis sibi ali-
 quid seponunt, sicque illa Deo volunt con-
 secrata, ut indè sibi partem retineant, nec

placet hæc in domo Dei sectio timida, & diffidens, itaque Christus apud S. Lucam procul omnem tollit ambiguitatem, & omnia quaecumque habes vende, inquit; qui dicit omnia, nè unius quidem exceptionem indulget, cujuscumque generis illa sint, pretiosa, chara. Denique omnia tibi sunt respuenda, ut nudum Christum ipse nudus sequare: hoc ità pleno, & securo animo qui præstant, holocaustum offerunt, imò magis holocaustum fiunt.

28. 22.

S. Hiero.

S. Greg.

hom. 10.

in Ezech.

Tertium quoque ab iis peccatur, qui sua erogant in cognatos non absque fiducia recuperandi eadem, si usus veniat, aut eorum partem; certè contra mentem Salvatoris, qui, ut rectè animadvertit S. IGNATIUS, non dixit, da consanguineis, sed da pauperibus; &, si dubium foret, esètne potiùs agnatis, tanquam pauperibus, quàm aliis danda, ad suspectæ carnis, & sanguinis cavendam prævaricationem jubet unum, duos, tresve ab eo legi Præpositis assentientibus, quorum in hac re stare iudicio, & sententiâ debeat.

Exa. c. 4.

§. 8.

Quartò, agnatis & propinquis esto nihil detur, at Societati donabitur; verùm definitis pro dantis arbitrio Domibus, sive Collegiis, in quibus aut sedem sibi fixurus est, aut jam animum fixerit; quem modum arguunt

P. 3. c. 1. n. guunt S. Patris nostri verba illa, ut decet dicta
 7. G. rum *spiritualis vite sectatorem*: obeund les i
 hanc sui spoliationem, exutis affectibus p hab
 pensionum privatarum, iisque inter ma pore
 eorum qui regunt omninò permisis, ut nego
 probaverint Domui legata bona attribue docer
 modò nè extra eamdem Provinciam: qu Se
 quam Collegio cuiquam sua relinquere, instau
 test nonnullis interdum concedi, si tam in us
 in eo non habitaverint. mam

Postremò anxie qui agunt, ut quæ Soc tamu
 tati reliquerunt, ipsimet per se administrate:
 indicium præbent animi nondum ab eom per,
 visco satis expliciti: nam facit triplicem eluce
 Coll. 7. c. sianus renuntiationem, rerum, affectuum, nuiq
 memoria, complectiturque omnes Societ imag
 repudiari ab suis volens non possessione cond
 modò rerum, & affectum, sed ipsam quæ min
 ex eorum mente perinde abduci mem perfl
 am, ac si nunquam illas possedissent. He bo
 ità positus, & eorum observatione ad per habe
 ctionis religiosæ culmen tam necessario obed
 bilità, omnibus quoad possum, & quæ auter
 singulos pertinet, commendo ut seculi quoc
 nis & sese quam primùm, & ex præfrigent
 constitutionibus formula exuant; si qui pote
 citò non poterunt, procrastinandi causas lam
 impedimenta ad me scribant, parati nibe hic
 feciùs exequi, quicquid sanctæ obedientie gno

dictârit autoritas. Ad hæc sibi Provinciales injunctum intelligant, ut si quos fortè habuerint, qui renuntiandi suis elapso tempore, adhuc illa retineant, de illis, & eorum negotio clarè per literas, accuratèque me doceant.

Secundum caput in hac paupertatis, quam instauramus, sanctitate concessarum rerum in usu versatur; nec enim sufficit sæculari mammonæ nuntium remisisse, nisi datis utamur moderatè, procùlque omni superfluitate: ac debet hic usus frugi, accisus, pauper, rebùsque necessariis præfinitus ubique elucere in vestitu, in victu, in cubiculis; nusquam superflua, nusquam curiosa, nè imagines quidem piæ pretii alicujus, quod conditioni pauperum, cujusmodi nostra est, minus conveniat: nec verò hîc aliquis superfluitati obedientiam prætexat, dicâtque hæc bona cum venia obedientiæ tales reculas habere; vereor enim hæc, quam putant obedientiam, nè inagis sit indulgentia; etsi autem non potest perfectæ virtuti officere, quod duce fit obedientiâ; sed huic indulgentiam si attexas, & utriusque res geratur potestate, mirum non fuerit aliquando illam abs lutæ virtuti repugnare. Quare hic ego Superiorum pervigil studium magnopere requiro, ut efficaci remedio, quic-

*Qualis
debeat esse
usus rerum
concessarum?*

quid laboraverit , persanetur ; lustrari
quandoque suorum cubicula , & lupanaria
nea, quæ deprehenderint, nec paupertatis
stræ fat consentanea, omnino amovenda

*Parsimo-
nia tenen-
da in iti-
neribus.*

Quam præterea in itineribus parsimo-
am teneri vehementer velim; convehuntur
enim, conquirunturque commoditates
nostræ, nec satis ab ingenio sæculi pur-
tæ, & diversoria non ita sancto, ut par-
set, exempli odore vaporantur. Fuit
gni illius in Societate operarii Patris

Hist. lib.
3. n. 25.

dictum : *proprium esse nostri Ordinis relin-
re in omnibus domibus, & hospitibus, quod
tunt, vestigium aliquod sanctitatis; ubi
enim consulendum hominibus esse, ubique
tandum, ubique colligendum, cum debito
mus omnibus, & ubique nos spectet Deus.*

*In illis so-
lita pie-
tatis exer-
citia non
omitten-
da.*

veatur insuper, nè itineris molestiis
precandi jura, & tempora negligantur;
que primorum Societatis Patrum imita-
ne, quorum, dum agerent viatores, præ-
erat precandi cura, egressos hospitio arma-

Lib. 3. n.
3. & lib.
4.

*oratio; excipiebat ingressos: ex qua & illi
hauriebant alacritatem viarum incommodam
& difficultatibus fortiorem; quia Christi
mor, & crucis scis quidquid erat asperum
tigabat. Quàm potens igitur erga Christi
stum amor ad perferendam Christi Crucem*

S. Bonav.

quo vivens Christo viventi, moriens moritur

ti, & mortuo perfectâ imitatione anima con-
formatur !

in vit. S.
Franc.

Veniamus ad tertium illud & supremum
munus veræ paupertatis non modò à super-
fluis abhorrens, sed necessariis etiam, quo-

Libenter
careamus
necessariis
quoque.

quibus Deo placuerit, libenter carens; de quo
quod dicitur in Evangelio: *Felix*, inquit il-
le, qui nihil sibi retinet ex omnibus; non ha-
bet foveam ut vulpes; non tamquam volucres
nidum; non loculos quomodo Judas; non do-

Epist. ad
Henric.
Archiep.

mos, sicut nec Maria locum in diversorio, imi-
tatur perfectè illum, qui non habebat ubi re-
clinaret caput. Cùm totos quadraginta dies
Fundator noster sanctissimus à Deo preci-

bus, & lacrymis quæsisset, quod genus pau-
pertatis esset Societati præcepturus, pecu-
niam tandem divini Spiritûs afflatu supre-
sum, & altissimum præcepit; quia *Christus*
Dominus Dux, & caput est Societatis, quàm
proinde ad summam Christi paupertatem
decebat collimare: hæc verò qualis extite-
rit, nemini est obscurum; averfatus est Chri-
stus divitias, sæculi commoda refugit, ad-
versum est contrario in cura corporis, cibo,
veste, domo summam inopiam continuâque
incommoda; natus præsepi excipitur, &
nudus in cruce moritur. Debet hæc nobis
ob oculos, inquit S. Bernardus, paupertas
obversari, quam *Christus docuit verbo, consecra-*

Paupertas
Christi
qualis ?

vit exemplo; ab cuius exempli norma
perfecto absunt, qui paupertate gloriantur
sed ejus molestias fugiunt; paupertatem
mant, illius comites procul ab se excludunt
Christum non ægre pauperem sequuntur
sed hâc lege; nè cum Christo vel necessitatibus
riis, vel opportunis careant; solius nominis
specie pauperes vacuæ atque umbratili paupertati
inanem titulum prætendunt. Cuiusmodi
tum quidem est, ipsoque divini Spiritus
culo confirmatum, quod post S. Bonaventuram
tura asseruit, *nusquam, & numquam legimus
quem volentem in paupertate Deo servare
defectu cibi fame periisse*: sed nec dubium
est, Deum ad augenda suorum merita, præ
bandamque mortalibus eorum virtutem, interdum
ad tempus quotidiana iis alimentis, vel ex parte,
vel planè subducere, relictis solum quæ ad mortem
arcendam sufficiens, trahendamque per miseras,
& dolores tam judicio sensuum infelicem; hâc tam
exercitâ tot malis, & tam invisâ hominibus vitâ
nihil pretiosius, nihil optabilius, nihil in
pud Deum: per hanc enim Christo, Angelis, &
sanctis, & Deo similiores efficimur. *Quis
cis contentus minimis indiget, similis est Deo
qui nullis indiget*: nec in eo tantum perfectæ
virtutis rationem Apostolus statuit, ut qui
noverit abundare, sed ut pariter sciat per
12.

S. Chryf.

Philip. 4.
12.

riam pati : quæ teste B. Gregorio, *ars est* Hom. 16.
mirabilis, & toto cordis adnifu discenda; De- in Ezech.
um, affluentibus rebus, & in penuria, æ-
quali animo laudare; gratum esse cibos, &
necessaria suggerenti; nec minùs gratum
eadem neganti, ac se utrobique patienter,
tranquillè, alacriter habere; hoc verò est ex
eodem Sancto pauperem spiritu reipsâ esse,
qui alimentorum inopiam sinè murmuratione
tolerat, & penuriam quamlibet placidè ex-
forbet. Cujus utinam virtutis pretium, & *Paupertas*
cultus semper in nobis omnibus vigeat, sed *Domuum*
in professis Domibus præcipuè, ubi ex Pon- *Professa-*
tificum Bullis vivitur mendicato, incertis- *rum.*
que eleemosynis: ex quibus sequitur, in his
Domibus qui degunt, esse victu incerto, &
vario contentos, aliquando etiam diminuto
& mutilo, debere, statuitque S. IGNATIUS,
ut nullus de Societate debeat, nec possit quem- P. 6. c. 2.
quam ad eleemosynas perpetuas domibus, vel n. 6.
Ecclesiis ejusdem Societatis relinquendas inci-
tere; nè quid videlicet earum fiducia spem
illam restringat, quam habemus in sinum di-
vinæ providentiæ projectam. Ex his con-
fici ajo paupertatis nostræ fastigium ambi-
enti altiùs assurgendum, ac post rejecta su-
perflua necessariis etiam, ubi occasio & pro-
ximi salus, Deique gloria tulerit, abstinèn-
dum.

*Verus
Pauper sit
ab omni
affectûs
intempe-
rantia se-
junctus.
Et statua
similis.
in ejus vi-
sa.*

Quartum & ultimum monitum ex-
quendæ ad purum paupertatis, in candore
affectûs, & sincérité animi situm est:
sum enim esse, ut diximus, rerum opus
necessariarum, rejectis superfluis; incertum
nec de elemosynis securum; addo nunc
omni affectûs intemperantia sejunctum
quem statuae similitudine S. P. IGNATIUS
exponit: *in iis quæ ad paupertatem spectantibus*
quantum ad rerum, inquit, usum, quasi
tuam existimare me debeo; vestium, inquit,
usum, cubiculi, mensæ, ministeriorum
que omnium, nullo mearum sensu, affectu
amore peculiarium rationum, sed unius
tùm obedientiæ, & gloriæ divinæ. *Videtur*
quanta sit doctrinæ hujus excelitas, quæ
tis que ab terra spatiis necesse sit evectam
nimam meditationis imperu, & ardore
cælum, ac cælestia penetrâsse, ut eam
quatur: non excedit tamen instituti
metas, ab Societatis spiritu non dissentit
non destituitur divinæ gratiæ promptâ
nu porrectaque ad opem, si accipimus
rendam. Auctor erat Paulino Hieronymus
nihil in se mediocre esse contentus esset, totum
summum, totum perfectum desideraret. Nihil
dispari animo S. Parens noster summum
virtutis apicem spretâ vult prensare mediocritate,
& divino fultos auxilio perfectâ

tionum magnarum celebritatibus, quae sunt votorum instaurationes; ac velim primum tam sanctum morem à Superioribus revocari, tradique illis quicquid superius apud se quisque repererit: hic erat Paucissimus ambitus, *nihil ut esset seipsum rarius, nihil egentius*, & absolutissimae egestatis integritate nemini cederet. Ah si Societatem ardor æmulationis sanctae vadere incipiat! ah si pejorem quisque, teriorem, viliorem cellam, vestem, occupationem sibi deposcat, & ambiat! tunc in nostris cæli divitiæ eminent; in Christi odore mortales omnes affarent, traherent, tunc pulsis querelis, ac diffidens pietas, sanctitas, exempli efficacitas regeret. Et hæc de priore Religiosi Ordinis promovendi, tuendique præsidio ex S. B. naventura initio hujus Epistolæ laudato, reprehensibili nempe vita.

Secundum scientia nostra facta sit; ex materia, intentione, ac fine.

Secundum erat sapientia sacra; facta enim oportet Societatis esse scientiam factam ex subjecta materia, ut est scripturæ sacrae ac Theologiæ studium; sive ex ordine Deum, ut quæ in Philosophicis, Mathematicis, & Rhetorica versatur. Prima Societatis curam per se rectè spectat, altera sollicitudo ut secunda & ancilla priori famulatur. Mentem enim nostram post sui dedicatam

nem jam Deo sacram dumtaxat sacris occu-
 pari est æquum : nam quid monstri hoc fo-
 ret devotum altaribus calicem , ut fecit sa-
 crilegus Balthasar , in usus profanos redige-
 re ? atqui haud paulò sit gravius religiosi viri
 mentem fœdari rerum inanum cognitione
 curiosâ. Jam si B. Augustinum roges, quid
 sit impulsu vanitatis dare operam literis ;
 quid se ipsum , ac suam inanem gloriolam in
 scientiis venari ? respondebit , esse nihil ,
 quàm *in sacro vase diabolo propinare* ; in vase
 inquam sacrorum cultui , & divinis honori-
 bus mancipato potum dæmoni præbere. Si
 quæras quid sit libros evolvere parùm ca-
 stos ? libros mali dæmonis instinctu conce-
 ptos , lucubratos , & ejusdem typis in lucem
 effusos ad indicandam hominibus pereundi
 viam parùm scilicet jam notam , parùmque
 præcipitem ? audies iterum hoc esse in vase
 sacro diabolo propinare ; laborare de oble-
 ctando dæmone , & contristando , quoad po-
 test , Deo ; nam si est in sæculo etiam talium
 librorum damnanda lectio , quantò detesta-
 bilior in religioso viro , in homine de Socie-
 tate , in sacræ paginæ studioso , & conver-
 sioni animarum , propugnandæque fidei ex
 instituti sui munere addicto ? Nec valet ex-
 cusatio linguarum , & eloquentiæ , quorum
 indè nitorem se petere nonnulli causantur ;

*Vanitas
 cavenda
 in studiis.*

*A libris
 minus ca-
 stis omni-
 nò absti-
 nendum.*

Confess.
lib. 4. c.
15.

Gravissi-
ma inde
damna
existunt.

Assuescē-
dum piis
colloquiis.

etsi enim est ex eodem Sancto elegantia
præstans, & calix aureus, sed plenus venen
& vitio erroris: nè labri splendor suã
oculos perstringat, liquorem attende
tiferum, perniciem cogita variam, quam
cum in animum inducit, & hanc præ
ris maximè timendam, quòd piorum in
saporem librorum misere extinguit. Sim
stri iudicii est in ægroto optimorum
rum fastidium, sed multò peioris in
gioso nauseans ad spiritualia stomachus,
vice versâ profana appetens, manifesto
nè vitiati palati argumento, hoc est, depr
vatæ voluntatis. Accedit rerum piam
tædium, & ingens de illis fermocinandi diffi
cultas ex eadem orta solutiorum scriptorum
lacuna: lingua enim cordis, ut dici solet,
strumentum nisi ejus motu atque imperio
nec movetur, nec agit; æquis ferè hæc di
incedunt passibus; & ubi cor hæserit,
mox advolat & lingua; si mens cum Deo
vidè orando colloquetur, acquiescet & lin
gua sanctis de illo sermonibus sive in com
muni cum nostris consuetudine, sive cum
externis. De quo appositè succurrit illud
Angelici Doctoris, debere Religiosum ho
minem de Deo semper, aut cum Deo loqui
Qua in re certum est peccari aliquid à no
stris, quod pro ejus momento sanè gravi pe

nitus corrigi vehementissimè cupio, & huc omnium operam curasque conferri. Initiamus Deo mentem ipso in Societatem ingressu primo; linguam illi pariter dedicemus: *ò quàm pulchrum, quàm divinum per Naz. or. divinarum rerum commemorationem in DEI 26.*

amorem perpetuò excitari! Beatorum certè palæstra civium, & primorum lingua Societatis Patrum, ejusque præcipuè sancti Fundatoris, quem cùm vulgus, ut fit, inter fabulandum peculiaribus notis vellet describere, illum ajebat, qui semper in cælum suspicit, semper in ore Deum habet: mentem nimirum in cælis agentem lingua faciliè sequebatur. Nec posse videor tacitus præterire, quæcumque hîc errantur, magnam partem Superiorum errore evenire. Primum etiam ab iis exemplo agendum est, inducendi sunt in communem recreationem de rebus divinis, & utilibus sermones; pervincendus est pudor quidam nimium humanus, eisque præferenda Societatis, ac professionis nostræ officia; deinde procul omnino ablegandus gazularum abusus alicubi peperam admissus ad pascendam novis aut rebus, aut fabulis quorundam curiositatem, non absque culpa, & detrimento pietatis: quare huc tamdiu erit admonitio salutaris, & correctio admovenda, dum emendatio consequatur.

Contrariis erratis quæ remedia adhibebunt Superiores.

quatur. Tertio loco invigilent nostris
ternos visentibus, & percundentur eorum
ex sociis, num pios sermones cum iis mil-
re consuêrint; si secus facere compererint
pro ratione sui muneris in posterum mor-
ant. Tantam ergo pestem molliorum
ctorum lectitatione in animos spirante
mnes quidem in visceribus JESU CHRIS-
rogo, ut aperto bello eos infectemur,
rûmque nobis sit illos non legere, nisi etiam
à nobis eos quàm longissimè amandemur.
juniores tamen scholares nostros singula-
ter alloquor, & volo ab iis hanc meam
hortationem altè in animum demitti; et
rum verò Superioribus injungo, ut si que-
(quod absit) deprehendant istiusmodi
bros lectitare, vel apud se habere, omni
festim excusatione, & intercessione possi-
bitâ in tyrocinium remittant hausturum
lic religiosæ virtutis spiritus, quos nondum
eatenus degustavit.

*Studia
nostra Sa-
era esse
debent ip-
sâ quoque
executio-
ne.*

Præter scopum autem nostræ scientiæ
præfixum, obedientiam nimirum & De-
gloriam, in quæ totus Scholarius nostrus
rum contendit labor, decet ipsâ quoque excu-
satione nostra literarum studia sacra esse, nec
que extra Deum, sed intrâ peragi: ut enim
pulchre adnotavit, & pulchrius præfatus
numquam satis laudatus Franciscus Suarez

in nostris, quos alit verus Societatis & vividus
instinctus, mens non absorbetur, quia ad De-
um sapius recurrit, nunc intentionem in illum
renovando, nunc auxilium & lumen petendo,
nunc verò de veritatis intelligentia gratias a-
gendo; neque enim par est ingurgitare se
quodammodo totum literis hominem, atque
immergere, quasi nihil nobis præterea me-
lius, quò tenderemus, superesset: sat est iis
ad tempus se animus commodet ex obedi-
entia definitum; interea verò in studendi fi-
nem oculos identidem conjiciat, patrem lu-
minum adoret & invocet, studendi laborem
in Dei gloriam reflectat.

Lib. 5. c.
3. n. 12.

Verùm ut ad claudendam epistolam
quandoque accedamus, exequamur jam ter-
tium caput ex S. Bonaventura huc transla-
tum de Ministeriis Societati maximè pro-
priis, si priùs pauca de alienis ab ea dixerim;
cùm enim sit scopus in quem contem-
dit Societas divinus, & ad salutem pertinens
animarum, quicquid extra hanc occupatur,
ab instituto pariter exerrat, ut sunt negotia
seculi, & temporalibus de rebus, quæ nos
ab eo fine vel retardant, vel omnino aver-
tunt. Habemus quoad hæc Salvatoris ex-
emplum celebre, cùm rogatus à quodam, ut
ortam inter se ac germanum de bonis extra-
neis litem dissolveret, Quis, ait, me constituit
judi-

Tertium
Ministe-
ria Socie-
tati pro-
pria.

Ab alie-
nis, & à
negotiiis
seculi ab-
stinendū.

judicem inter vos? quasi diceret, quo pacto officii ad me spectat? quid verò mihi cur negotiis temporariis, qui sum ad æterna destinatus? quàm deceret nostros simili sponso non dissimiles curas, cum ingenitur, eludere: quis me constituit judicem inter vos? tunc certè veriùs JESU Societas ceretur, JESUM non modò appellacione sed rebus ipsis imitari. Confirmat hoc it his verbis S. Ambrosius, *terrena declina qui propter divina descenderat*; quæ nobis eodem jure conveniunt in religiosum ordinem propter divina cooptatis, quin imò unum omnium divinissimum, hoc est, salutem animarum. Igitur nobis *declinanda sunt terrena*; nostra non sunt, aliena sunt; & eorum fugam metuendum non est hominum quæ rionixæ nè sequantur, quibus eo modo pot multò damus, quàm exigant, ut in CHRIS

Ser. 196. facto S. ostendit Augustinus: *petebat bonam hic mediam hereditatem in terra, Dominus d d ferebat totam in celo, plus Dominus d d*

Et à ni- quàm ille postulabat. Et addens responso
mia cura CHRISTUS fructuosissimam circumspici
rerū tem- nem: Cavete, inquit, ab omni avaritia: ut
poralium. S. Augustinus, non est solum avarus qui que
rit aliena, sed etiam, qui cupidè & avarè
petit sua. Quo sancti viri documento velle
Procuratores nostros fieri cautiore: quam
quam

quam enim interdum aequum petunt, juré-
que legitimo; sed avarè & cupidè videntur
petere, & aviditatem quamdam nimiam præ-
ferunt, quæ sæculum redolet; sint ergo suæ
tenaces Regulæ, cùm jubet in agendis re-
bus, *memores esse instituti Societatis, quod
profectui animarum invigilat.* Quo valde se-
riò monentur, ità esse temporalibus consu-
lendum, nè qua fiat cælestium jactura; ità
curandam rem familiarem Collegiorum ac
Doniorum, nè ab re sacra, & Societatis mu-
neribus homines avertant: quare admonen-
di, corrigendique erunt, & verò etiam offi-
cio movendi, si quos in re tanti ad Societa-
tis institutum errare Superiores animadver-
terint. Hanc autem CHRISTI disciplinam
eximiè nobis S. IGNATIUS in se ipso ex-
pressit, cùm recens ad Deum conversus ità
confestim mentem cælo affixit, ut quicquid
cum proximis ageret moverétque, illuc o-
mnia traheret ac referret. Sui verò hujus
consilii ignavis, si quando ad se temporaneæ
opis gratiâ ventitâssent, majorem quandam
deferabat, cælestem scilicet sempiternam-
que apud Deum; idèmq; ab nostris adeò
exigebat, ut Conimbricensis Collegii Re-
ctorem, cùm Romam ad necessariam litem
advenisset, non sit passus in Domo Professa
degere, sed, Societatis Collegio nondum
in

576 Ep. XXVI. R. P. N. VINC: CAR: U
in Urbe tunc erecto, illi apud externos
versorium assignârit; tanti censuit Fun
tor sanctissimus Societatem professam ab
mni se specie atque umbra cupiditatis
stinere. A quo ipsius primævo candore
nimis palàm est nos aliquantulum deflexi
se: unde illa fuit Summi Pontificis Innocen
centii Decimi ad Congregationem Gene
lem paterna, sed iusta commendatio: *scri
scribenda ratio, quâ omnes Patres Societatis
se rebus ac negotiis secularibus non immisceant.*
Cui venerabunda, & ad obsequendum
ratissima Congregatio respondit: *unum
omnium Patrum suffragium, & votum Con
gregationis universa, ut nostra Societas
mines abstineant à negotiis secularibus, à
stris Constitutionibus alienis: hinc vero con
stabit quantâ in futurum sollicitudine
stris cavendum sit, nè ulla ex causa,
nè Principum quidem commendatione,
que voluntate temporalia, & secularia
tingant: & advertant, qui præsent, qu
sibi Congregatio injungat contra violati
creti reos: Superiores curabunt, inquit,
transgressores impuniti maneant. Quam
rem si parùm valebunt remedia, quæ con
muniter adhibentur, erunt etiam locis
que officii movendi.*

Ministe-

Excluso sæculo, ejúsque negotiis ab

po nostro alienis veniunt sacra, & divina no-
 stro amore, studiis, & labore digna, & pro-
 priè nostra, quæ instituti formula recenset
 à Summis Pontificibus approbati, sùntque
*predicatio, lectio, spiritualia exercitia, pue-
 rorum ac rudium in Christianismo institutio,*
*sacramenti Confessionis, & aliorum admini-
 stratio, & reliqua.* Possunt verò hæc bi-
 fariam exerceri, ut S. Parens noster I G N A-
 TIUS tradit, vel discurrendo per varias Or-
 bis partes, civitates, & pagos, eaque con-
 fessionibus & concionibus excolendo; vel
 hærendo in Collegio aliquo sive Domo, ubi
magnus divina gloria proventus speratur.
 Prius tamen illud Societatis est peculiare
 quàm maximè, illàmque, velut nativus cha-
 racter Professorum impressus confirmatús-
 que voto, ab ordinibus aliis distinguit: cu-
 jus præstantiam operis, fructúsque immen-
 sos, & necessitatem utinam valerem, sci-
 rémque pro dignitate exponere: ac neces-
 sarium quidem, non arbitrarium hoc esse
 Societatis munus, ex Societatis ipsius men-
 te colligitur: nam *scopus, ad quem tendit So-
 cietas, est, diversa loca peragrarè predicando,
 confessiones audiendo, &c. divinâ gratiâ aspi-
 rante:* scopum autem si tollis, tollis unà
 Societatis nostræ finem, hoc est, salutem
 animarum. Nobilitas verò huic ministerio

ria Socie-
tati pro-
pria quæ?

Jul. III.
fol. 61.

P. 7.

Const. P.
7. & 1.
Reg. Miss.

O o unde

In Missio-
nibus No-
stri emu-
lentur A-
postolos.

unde conciliari major potest, quam à Chri-
sti Domini ejusque discipulorum magister
& exemplo? Curandum ergo, quoad fa-
potest, in Missionibus, ut nostri amule-
tur Apostolos, & ex voto, ac mente Regu-
larum *bini associantur, pedites iter faciunt*
ex eleemosynis vivant, ad hospitale divertant
Et præter hæc etiam à ferendis secum pec-
cuniis abstineant, Dei fiduciâ pro certis
beralique viatico contenti: quod fuit S. Pauli
Nostro I G N A T I O in similibus expedi-
tionibus inviolatum; in iis enim *nullum habuit*
pecunia subsidium, nisi Fidem, Spem,
Charitatem in Deum, nec itineris labor,
cibi tenuitas, nec incommoda somni capi-
endi molestiora videbuntur circumferre
secum diu, noctûque viæ suæ individuum
comitem CHRISTUM JESUM de Cruce
pendentem. O securum quantumvis longum
quinquæ peregrinationis viaticum! ô suavis
simum fami nostræ cibum! impenetrabilem
hostibus, & inexpugnabilem clypeum!
suadet prorsus necessaria ratio, ut prædicandi
turi populis CHRISTUM crucifixum, cum
que vi divinæ gratiæ validâ illorum animis
animis impressuri cum eo versentur, illi
audiant, & ab eo discant Legationis
propositum ac modum. Talis verò fuit
S. Augustino Paulus Apostolus, *crucifixum*

cum illo, doctus ab illo, & gloriosus in illo. Nec De civit.
 silet operis tanti quæstus in iis solum, quo- lib. 14. c.
 rum saluti consulatur, sed magno cum fæ- 4.
 nore in ortus redibit, in operarios nempe
 ipsos; remetiente nobis Deo, quam contu-
 lerimus in proximos, mensuram: neque ob- *Missiones*
 erit arcanis virtutum animi progressionibus *non impe-*
 ista cum proximis externa actuosaque ja- *diunt pro-*
 ctatio, si convenienter missionum Regulis *prium a-*
 ineatur, quarum vel una observatio accu- *nimi pro-*
 ta facilè omnia supplebit præceptionum do- *fectum, si*
 cumenta, quæ possunt à quovis in hac ma- *earum re-*
 teria optari: factò solùm est opus, restâtque *gule ser-*
 ad extremum, ut admoveatur huic manus, *ventur.*
 idque imprimis ab iis qui regunt, quos & *Missiones*
 præ cæteris magnopere adhortor, ut illud *omnibus*
 depromant in animarum lucrum studium *commen-*
 charitatis, quod vocationis nostræ spiritui *dantur.*
 debetur, incitando, juvando, provehendó-
 que suorum operas in tanti Ministerii san-
 ctitatem, imò & facem illis exempli sui
 præferendo, quoad gubernationis munia
 patientur. Reliquos autem Sacerdotes (ut Epist. 9.
 olim à P. Claudio sanctæ mem. epistolâ
 quâdam ad Provinciales statutum fuerat)
 exceptis, quos vel infirmitas, vel impedi-
 mentum aliud meritò excusat, quotannis ad
 aliquod tempus ut vacent excursionibus
 missionum, quod non parvo suo proximo-
 rum-

Instr. 4.
fol. 27.

Epist. 9.
*Quelibet
Provincia
habeat
Residenti-
am unam
pro Mis-
sionibus.*

*Qui ver-
santur in
Missioni-
bus non
tractent
de novis
Collegiis
fundandis.*

Commen-

rúmque compendio sunt facturi, simul
 tui liberum pœnitentibus accessum ad
 lios, si volent confessarios. Extra verò
 giusculum hoc tempus possent per biduo
 triduumve vicina lustrare, ac redire in die
 Dominicum consuetam operam templo
 stro daturi. Placet quoque multum
 dem P. Claudii Aquavivæ cogitatio
 ens, ut in Provincia qualibet Residentia
 signetur ubi octo de nostris, Sacerdotes
 adjutores duo elemosynis alantur, quor
 cto solet in Domibus Professis, & ali
 ad fructificandum in agro Domini ex
 horum deinde in locum alii ex iis, qui
 Collegiis commorantur suo tempore
 dant: qua in re Provinciales enixe
 diligentius explorare, quid in sua
 Provincia præstari valeat: universos
 Missionibus occupatos ejus volo serio
 minisse, quod à Præpositis Generalibus
 dinatum, nè ullo modo tractent, vel
 tractantibus præbeant de novorum
 giorum foundationibus: at si de novis
 fessis Domibus proponatur, huc dabunt
 eo literas, & responsum ad illas expectab
 jungam, nam *si hoc fiat, sufficit ad Socie*
 tem renovandam, restituendamque
 pristino ac vigori. Verùm ut hæc in

non vanescant, sed factis rebúsque fancian-
tur, etiam atque etiam desidero, ut in cul-
tu Beatissimæ Dei matris suam singuli in-
staurant, expoliantque pietatem; nam si
JESU tota est titulo singulari, ac peculiari
nomine Societas, totam quoque esse MA-
RIÆ necesse est, sperarèque ab ipsa patro-
cinium, atque opem ad implendam voca-
tionis nostræ, ac Apostolici propositi men-
suram. Nè quæso tot Patrum sanctus ar-
dor per tot molestias, tótque discrimina lon-
gissimorum itinerum ad Societatem primæ-
vo splendori, ac pulchritudini reddendam
mirâ consensione congregatus spebus exci-
dat suis. *Christus JESUS heri, & hodie*, Ad Heb.
& nunc æquè paratus ad porrigendam ma-
num voluntibus. Cogitemus, oro, nostro-
rum defectuum nævos quoque ipsos, Ec-
clesiæ Dei quantopere ii obliunt; saltem e-
nim vel arctant, vel diu remorantur prodi-
gam ejus charitatem, nè profundat, ut vel-
let, opum magnarum præsidia nobis ad he-
roicos labores, servandásque ex instituto no-
stro animas pernecessaria.

Altissimum esse virtutis fastigium, ad
quam sumus a Deo vocati, neminem puto
dubitare; magnis ergo nominibus, & jure
maximo cogimur ad duplicandum gres-
sum, incitandúmque in illam iter; aut, quod
Oo 3 hinc

hinc sequitur, ad divinæ offensæ metu
 anxium, & gravem, si horum obligatione
 nostrâ inertiam decoquamus. In se quisque
 penitius subeat, videat quod agit, & quomodo
 valet, & quoad Societatis ministeria
 quid præterea valeat; nec se naturæ virtutibus
 circumscribat; sed assurgat ad validiores
 divinæ gratiæ, iisque confusus attendat
 bus occupatur, an satis ad Societatem earum
 tineant; ac si pertinent quidem, invigilet
 tamen officii nostri modum, & amplitudinem
 num satis expleant: quâ docemur
*persè in nostram, proximorumque salutem
 perfectionem incumbere, id est, omni dilige-*

*Quisque
 se exami-
 net, quan-
 tum præ-
 stet, &
 quantum
 possit.*

1. Cor. 7.
 29.

tiâ & ardore. Sed jam cum Apostolo
 damus, *tempus breve est*, quod nobis
 ad vivendum restat, paucorum fortassis
 horum, forsitan nec dierum; & imus tamen
 in æternitatem nullo sine claudendam

Ibidem.

*quum est, ut qui utuntur hoc mundo, utantur
 quam non utantur, & vivant, quasi non
 verent, vivant tanquam sibi, carni & sanguini,
 toti que sæculo mortui, CHRISTI
 uni viventes, ejusque gloriæ, perfectioni*

Eccl. 12. 13

suæ atque alienæ; *hoc est enim omnis hominis
 hoc unum hominis proprium ad Dei gloriam
 am conditi, & in Societatem ejus ad conser-
 vationem hominum vocati.*

Et his hâc primâ Epistolâ decursis ad

De Mediis conservandi primævum &c. 583

tremum ab omnibus peto non modò ut suis
ad Deum precibus fulcire debilitatem me-
am pergant, & impetrare à Domino Deo nè
imposito muneri parcè respondeam; sed ju-
vent etiam admonitione, atque consilio li-
beræ charitatis, communis boni studiosæ,
si quando, quod nimis pronum est, officio
deero, cùm simus omnes ad majorem Dei
gloriam conducti, eadèmq; perfectionis
nostræ proximorùmque obligatione. Et
gratia Domini nostri JESU CHRISTI sit
semper in cordibus nostris. Amen.

Omniium in Domino

VINCENTIUS CARAFA.